



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus XII. De Potestate Pontificis ordinandi Principes Laicos titulo
Regio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

TRACTATUS DVODECIMVS,
DE
POTESTATE PONTIFICIS,
ORNANDI PRINCIPES LAICOS
titulo Regio.

RESOLVTIO VNICA.

An Pontifices Principibus de Ecclesia bene meritis, possint Titulum, & Insignia Regia concedere?

Ex quo sequitur, an Pontifices habeant potestatem indirectam in temporalibus? Ex part. 10. tract. 6.

§. I. **N**EGATIVE respondet nouissimè Io. Caramuel in suo *Philipp. disp. 1. l. 5. a. 7. concl. 2.* Loquens enim de Alphonsi Rege, sic ait: Alphonsus & reliqui Lusitanorum Reges qua creati, & electi, confirmati à Pontifice, sunt Reges Portugalenses; verum non temporaliter, sed spiritualiter. Ratio est, quia auctoritas Pontificis est spiritualis, & ad spirituale solummodo directè se potest extendere. Ambis doceri, quid sit esse Reges Lusitanorum spiritualiter? Respondeo esse participare gratias, indulgentias, iubea, indulta, & reliquos fauores Ecclesiasticos, qui auctoritate Apostolica aliis quàm Regibus concedi possunt.

2. Dicis, in Pontifice considerare possumus personas duas, spirituales, & temporales, est enim simul Episcopus Romanus, & Rex; ergo quia Rex potest Reges creare temporales. Respondeo primo, non esse liberum cuique Principi Reges, aut supremos Principes creare: quia nemo potest alteri subditum eximere, in causa sit, & super sit utriusque. Ideò Rex Galliae non potest eximere Ducem de Lerma ab obedientia, quam debet, & quam fideliter praestitit Hispano Regi: non est utriusque, Dominus, bene tamè Monarcha Catholicus, si iusta causa postularer. Lerma enim Dux Regi Catholico, non Christianissimo subest. Atqui Alphonsus Infans erat subditus Monarchiae Legionensis, neutri supererat Innocentius, quia Romaniae Rex, & iusta causa deerat: ergo ex duplici capite non recepit, nec recipere potuit ab Innocentio Alphonsus titulum Regis secularis. Praeterea iniurios esse credidero summo Pontifici omnes illos Authores, qui asserunt eum titulos Regiae temporales posse concedere, quia, cum iurisdictione ipsius sit spiritualis, quia Pontifex non potest ea attingere, quae fuerint merè temporalia. Hucusque Caramuel.

3. Sed displicet mihi sapientissimum & amicissimum virum hae scripsisse & vtinam oblivioni traderentur. Dico igitur, Sum. Pontifices posse aliquos Principes de Ecclesia benemeritos, temporaliter Reges creare: Probatur, quia Pontifex, licet secundum aliquos non habeat potestatem directam; tamen secundum omnes, tam Canonistas, quàm Theologos, habet potestatem indirectam in temporalibus: de qua doctrina inter Catholicos non est disputandum, ex his, quae adducunt DD. quos ego citavi in p. 1. tr. 2.

resol. 121. & alij, quos me citato etiam adducit Carus in prax. S. Offic. p. 1. tit. 1. n. 67. & ad fatietatem Solorz de Indiar. iur. t. 1. l. 2. cap. 22. n. 45. & Bellarm. tot. Tract. de potest. Pontif. cum Sculk. tota apolog. in eius fauorem contra Bocer. Quorum sententia placuit etiam Christoph. Belfoldo in dissert. Politico iuridica de Maiesi. in genere cap. 3. num. 9. dum erat haereticus; nam postea ex Lutheranismò ad Ecclesiam Romanam feliciter coevoluit. Vide etiam ex Iuristis Hispanis, praeter citatum Solorz. Bobadill. in Polit. to. 1. l. 2. cap. 5. Perer. de manu Reg. t. 1. Pral. 2. num. 4. Ceuall. tr. de cogit. per viam. viol. in Prol. n. 9. Ramir. de lege Reg. §. 1. num. 30. Morlam in Empor. iur. p. 1. tit. 2. g. 4. num. 9. Patam. de Orig. inquisit. l. 3. g. 1. opin. 4. per tot. Aquian. de legib. l. 2. contr. 17. per tot. & duos celeberrimos Canonistas Valb. de Magrou. & Feliciano à Vega in cap. nouit. de iudiciis, ille à num. 48. hic à num. 4.

4. Itaque hoc fundamentò supposito, nempe Pontifices habere potestatem indirectam in temporalibus rectè statuitur, posse titulum Regium temporalem Principibus de Ecclesia benemeritis praestari; ita in terminis docet Seraph. Freitas l. d. *Imp. in suo Afsat. cap. 6. num. 33.* vbi sic ait: Inferitur ex eadem potestate (indirecta videlicet) posse summum Pontificem Principibus Catholicis, & benemeritis titulos & insignia Regia concedere, quod multis exemplis illustrari potest. Gottifredus enim Buglio, an. Domin. 1099. Regis Ierusalem titulum, quam gloriose ab Infidelium dominatu & tyrannide vindicauerat, impetrauit; ita refert D. Antonin. *Execom. cap. 72. Martha de Iur. l. 1. cap. 2. n. 33.* Alphonsus VIII. vocatur Imperator Hispaniarum de consensu Innocentij, II. an. 1135. vt testatur Marian. l. 20. *hisp. Hispan. c. 16.* quod tamen Gelasij seculo tribuit Genebr. an. 1118. Rogerius Siciliae Rex ab Urbano II. quem defenderrat, creatur, idem Marian. d. l. 10. c. 5. Martha d. 26. c. 2. n. 6. Henricus Iab Alexandro III. an. 1179. Regiam Lusitaniae dignitatem sibi, & Successoribus impetrauit. ita Eduar. Non. & alij in eius vita Baro. 10. 12. Azo. 1. 2. l. 4. c. 34. Illustriff. D. Roder. Acunha, Episcopus Portugalensis, no *Catologo dos Bispos de Port. 2. p. c. 6. ad fin.* Pater Anton. de Vasconcell in *descript. Lusitania in princip. n. 4.* vbi refert Alexandri diploma. Idque summa cum ratione. Cum enim Principes Catholici defensores sint Ecclesiae, & ad id constituti, & necessarii *cap. Principes 23. quast. 5.* condecens est, vt honoribus, & praemiis promeritis à supremo Ecclesiae Principe candecorentur. Hucusque Freitas.

5. Sed alia exempla ex aliis Scriptoribus ad hanc sententiam firmandam adducamus; Gregorius VII. Demetrium, Regem Croatiae instituit, sceptrumque, coronam, & vexillum dono misit; ita Card. Baron. an. 1173. tom. 11. Stephanus Hungariae Princeps. in 980. Legatos ad Pontificem Benedictum VII. misit,

vt ab eo regium nomen acciperet, quod ei datum est, Micislao Polonorum Duci flagitanti negatum, ita Cromer. lib. 3. Polit. & Card. Bar. tom. 10. sub eodem an. Et quidem, quomodo Rex Hispanie vocatur Rex Sardinie; nisi ex concessione Pontificis, facta Iacobo. II. Aragonie Regi? vt patet ex diplomate Bonifacij VIII. Item hoc etiam patet in Guilielmo IV. Rogerij Tertij Filio, vtriusque Siciliae Rege, ab Adriano IV. ex Poloniae Duce in Regem sublimato: ita Cranc. in Vandalia lib. 8. c. 2. & de Iacoldo, Regio titulo priuato, & rursus restituito à Ioanne XXII. vt refert Bodin. de Rep. lib. 1. cap. 9. Martha de iurisd. p. 1. cap. 26. Idem de Friderico ex Illustri Feltrensi Fam. in Duce Vrbinì à Sixto IV. euecto, ab eodem Martha refertur d. tract. de iurisd. p. 1. cap. 33. num. 93. sub verbo VMBRIA; & olim de Roberto Guicardo Normanno à Nicolao II. an. 1060. Apulia, & Galabrie Duce constituto cap. 26. n. 10. & de duce Ferraria à Paulo II. creato. Vt post Cæpoll. consil. 17. & Card. consil. 2. Ioan. Baptist. de S. Senerino in l. can. dos Populos de sum. Trinit. & fide Cathol. & alios refert Tiber. Decian. consil. 19. volum. 3. num. 114.

6. De Polonorum Principe Micislao Cromerus refert, quod is Lambertum Archiepiscopum Cracouensem ad Benedictum VII. Pontificem Romanum, misit, vt Regium diadema sibi concederet; Regemque Polonorum se, & posteros suos esse iuberet; Bouius de Romano Pontifice cap. 44. Innocentius etiam IV. Russorum Principi Regiam dignitatem præbuit, sicuti & Lithuanos; vt obleruat Odericus Annal. Ecclesie tom. 13. Anno 1246. n. 28. & Anno 1254. n. 27. Paulus IV. Hiberniam Regni titulo decorauit; vt notat Historia Concilij Trident. lib. pag. mibi 1318.

7. Patet igitur ex his omnibus, posse Pontifices titulum Regium temporalem Principibus præbere non spirituales vt perperam putat Caramuel. Quod quidem tanquam certum supponunt Theologi, vt Eminentissimus Dominus meus Card. de Lugo de iust. tom. 2. disp. 36. sect. 1. n. 4. Valquez opus de Resit. c. 6. §. 1. dub. 1. n. 14. & 15. Dicastillus de iust. lib. 2. tr. 20. disp. 2. dub. 3. n. 68. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 44. dub. 1. n. 8. Salas de legibus disp. 7. sect. 4. n. 31. Bouius de Romano Pontifice cap. 44. Schunexentius in Apologia pro Bellarmino c. 6. n. 121. Bossius de auctoritate in Reges impios c. 8. n. 7. Balthasar Nardius in expunctionibus ad librum de Papatu. c. 9. quibus adde. Mastrillum de Magistr. lib. 1. cap. 2. num. 6. Rudolphinum tract. de Potestate Ducum Italiae num. 3. Matthiam Stephanum de iurisd. tom. 2. lib. 3. p. 1. cap. 3. n. 66. Torreblanca in praxi iuris spiritualis lib. 15. cap. 2. num. 90. & alios penes ipsos. Quicquid in contrarium docet Ioachimus Eluent. in Sylloge rerum quotidianarum Thesi 8. in gloss. lit. E. Daniel Ottonius in Disceptatione iuridico-Politica cap. 11. Henricus Bocerius tract. de Regalibus c. 1. & Iosias Nodlen in tractatione Synoptica de statu Nobilitatis cap. 2. num. 29. Quos tamen parum prodest nostro Caramueli, commilitones habere; sunt enim hæretici, ac proinde in Pontificiam auctoritatem, hostes iurati.

8. Non est igitur recedendum à vera & communi sententia omnium Doctorum; & idè rectè contra Caramuelem nouissimè insurgit Anto. de Soula in libello impresso Londini an. 1642. cui titulus Iuan Caramuel conuencio p. 1. n. 7. Et quia codex non ita facile inuenitur, apponam per extensum eius verba. Los mismos Pontifices Innocentio II. ann. 1142. Alexandr. III. an. 1179. y otros despues de estos, concedieron y confirmaron el titulo de Rey à D. Alfonso Henriquez, y sus Sucessores. Y es aueriguado, que el Pontifico, aunque derechamente no tiene poder en lo

temporal de los Reynos; lo tiene indirectamente en orden al espiritual. No se atreuo nuestro Caramuel à negar esta doctrina; forçado la confessa en el prelude de su Pheppezmas procura en el caso presente darle varias salidas; que estrañas conclusiones se dexo escriuir en todo el libro 2. sobre esto llega à decir en la qu. 1. art. 3. y 6. y n. 5. q. 2. art. 6. en n. 25. que ay Reyno temporal; el qual tiene suprema iurisdiccion en las cosas politicas, y ciuiles; y que no le puede dar el Papa; y Regno Ecclesiastico, o Pontificio, que consiste en vn titulo spiritual, y incorporeo, al qual no se concede mas que las indulgencias, priuilegios, gracias, y indultos, que suelen concederse a los Reyes verdaderos; y que este fue solamente el; que los Papas dieron y confirmaron à los Principes Portugueses; donosa manera de hablar haze el titulo de Rey cófradia para ganar indulgencias; y si no era mas desto lo que dana el Summo Pontifice à D. Alfonso Henriquez; porque embiauan los Reyes de Leon Embaxadores à Roma à impedirlo; como cueta en el dicho tercero Artigo; bien claras son las palabras en la Bula de Innoc. II. Et Regem Portugallia redintegritate honoris, regnique dignitate, qua ad Reges pertinet, & alia loca, Excellentia tua concedimus, & auctoritate Apostolica confirmamus. En la Bula de Alexand. III. Proinde nos attendentes personam tuam prudentia ornatam, iustitia præditam, atque ad populi regimen idoneam, &c. y luego: Regnum Portugallense cum integritate honoris, Regni dignitate, qua ad Reges pertinet, nec non omnia loca, qua cum auxilio celestis gratia de Saracenorum manibus eriperis, in quibus sibi non possunt Christiani principes circumpositi ius vindicare, Excellentia tue concedimus, & auctoritate Apostolica confirmamus. y mas à baxo. Decernimus, ergo, vt nulli omnino hominum, liceat personam tuam, aut heredum tuorum, vel etiam præfatum Regnum temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire aut aliquibus vexationibus fatigare. Lo mismo continen las confirmaciones de otros Summos Pontifices; y es cosa lastimosa, que este buen monge escriuiesse de fuerte, que para conuencerle; no sean menester mas argumentos que las mismas palabras de las Bulas, que el trae; las quales estan diciendo que dan, y confirman titulo, y dignidad de Rey con las honras, tierras, y gobierno; que todo es temporal. Del mismo genero es la instancia que haze fundamento, en que dicen à quellas Bulas: Super his, que concessa sunt, Deo propitio pro iniuncti nobis Apostolatus officio defendemus. Argumenta defendit Apostolatus officio non gladio. Ergo Pontifici Lusitania subditur Ecclesiasticè non seculariter; hoc est orationibus eueri, non gladio. Hase visto tal glosa? no adierte, que el Pontifice para dar estos titulos tiene solamente la iurisdiccion indirecta en orden al spiritual, que ya le ha confessado; y esto es claro, no pertenece, sino como à Pontifice; y como tale exercita no con espada de seglar, sino con censuras, y otras armas Ecclesiasticas, conforme al officio del Apostolado, mas esse no quità, antes muestra que dio dignidad temporal como Summo Pontifice, y que segun el proprio officio, la ha de defender porque secularmente no tiene iurisdiccion en las tierras ajenas. Y si toda via persiste su Paternidad, en que el Papa dando titulos de Rey, no se extende à mas, que à spiritualidades, persuada con esto al Rey Catholico, que tenga solamente las indulgencias de Rey de Naarra (pues no la posee sino por el derecho, que le dio Iulio II.) que yo confio acabar con el Rey Christianissimo, que se contenta lo temporal de aquel Reyno, pues tiene bastantes Indulgencias de Francia; Hæc Soula. Et quidem contra Caramuelem non solum aduersarij, sed etiam nostri Auctores insurgunt, vt fecit nouissimè erudi-

tus, Nicolaus Fernandez de Castro in Portugal conuen-
cido p. 4. cap. 2. sect. 9. sic asserens. [Tubo de gratia el
padre Caramuel, en no hauer caydo en ellos, conque
excusara grã parte de los delanteros, a que se arrojò
sonado para defenfa de la iustitia del señor Rey Phe-
lippe II. que ay feudos espirituales, consisten en la
comunicacion de oraciones, sacrificios, y Indul-
gencias; y desacreditando con estas nouedades, y
con la credulidad, que facilmente dan las escrituras
inuentadas de Brito, y rBandao la iusta causa, que to-
mò a su defenfa; achaque ordinario delos Theologos
(que no son de la primera Hierarchia) que sin estu-
dios solidos de la Iurispudencia plesan en fuerza de
sutilezas metaphisicas apar las dificultades del de-
recho con los principios desnudos de la Ethica, y
sophismas de la Logica; creyendo, que todo es ra-
zon natural] Ita ille.

9. Quæ omnia satis nostram sententiam contra
Caramuelem confirmant. Et quidem speculatio illa,
ab ipso adducta de titulo Regio spirituali, est contra
mentem omnium Doctorum, ubi supra; qui ut le-
gentibus patet, loquuntur de titulo Regio tempora-
li: Et hoc manifestè apparet ex his, quæ obseruat
Tobias Paumeister de iuris. l. 2. cap. 3. n. 29. Matthias
Stephanus, etiam de iuris. l. 3. p. 1. c. 3. n. 17. Daniel Or-
tonus in Dissertatione politico-iuridica de iure publico
Imperij Romani, c. 11. & Henricus Bocerus tr. de regali-
bus c. 1. n. 9. Theodorus Rcinckinck tr. de regimine
seculari & Ecclesiastico lib. 1. Classe 2. c. 4. n. 30. & Sixti-
nus de regalibus l. 1. c. 4. n. 17. asserunt enim, quòd,
cum Pius V. creasset Ducem Florentinum in magnum
Hetruriae Ducem ortam fuisse contentionem inter
Pontificem & Maximilianum Imperatorem, asseue-
rantem non à Papa, sed à se Regis titulos esse pe-
tendos. Ergo necessariò contra Caramuelem sequitur
titulum Regium à Pontificibus concedi solitum non
esse spiritualem, sed temporalem, nam alioquin Ma-
ximilianus non diceret eius concessionem pertinere
Imperatori. Imperator enim non potest concedere
indulgentias, iubeat, indulta & reliquos fauores Ec-
clesiasticos, in quibus Caramuel asserit consistere ti-
tulum Regium, quem solent Pontifices concedere.
Concedebat itaque tunc Pius V. Duci Hetruria non
titulum spiritualem, sed temporalem.

10. Verum, ut hæc omnia magis clarè pateant,
apponam hic ea, quæ acciderunt in coronatione di-
cti Ducis Hetruriae: nam in vita Pij V. conscripta à
Io. Ant. Gabutio l. 3. c. 16. Sic habetur, Cosmum ergo
Romam ad suscipiendam insignia diadematis euocatù
honotificèssimè in aula Regia Pius excepit. Mox in
sacello Pontificio inter sacerorum solemnia, die Domi-
nica, Latere, quæ incidit in tertio nonas Martias an.
1590. suis ipse manibus eius capiti eximij pretij coro-
nam imposuit, atque Sceptrum illi dedit in manus,
Cosmo prius pro more sese iureiurando obstricto,
ad fidem & obedientiam Pio ipsi, ac cæteris deinceps
Romanis Pontificibus, eius successoribus, Eccle-
siæque præstandam, eumque, inter hæc sacra Ro-
sa ipso die de more ab se consecrata condonauit. Ne-
que verò passus est Pius, ut ille vel de itinere Ro-
mam suscepto, vel de diademate recipiendo Gæsa-
rem, aut Hispaniarum Regem commonefaceret, Pro-
uidebat enim fore ut nonnulli alij Principes viti, quan-
tùm in ipsis esset, eam rem impeditè conarentur: quæ
tamen res ad Sedem Apostolicam benè de seueritate
eum in modum remunerare cupientem omnino per-
tineret. Sed antequam Sacellum Pius iniret, Cæsaris
Orator, illi nequiquam licere Cosmum ita redimere,
supplex denunciavit, quod is non Pontificis Bene-
ficiarius esset, sed Cæsaris, cuius essent partes hu-
iusmodi. Cui mox Pius. Quobam, inquit iure Im-
peratores ipsi, vel sunt vel appellantur Imperato-

Sup. hoc su-
pra in tr. 10.

res, nisi ex Apostolica Sedis authoritate; subinde
ad se fidei Procuratorem accitum, ut ipsius Sedis
rationibus caueret, admonuit. Qui iussa faciens,
Oratori Cæsaræo respondit: Pontificem nequaquam
accipere denunciationem eiusmodi, sed eam velu-
ti legibus aduersam, repudiare. At verò Maximi-
lianus idemdem instigatus à suis, Florentiam Ci-
uitatem ad Imperium pertinere dicentibus, dari Pio
curauit quædam scripta, quibus iura sua confirmare
conabatur, ut id tituli omninò defereretur. Sectis
enim multa se, quæ indè proficiscerentur, incon-
moda militari. Deum haud quaquam licere Ro-
mano Pontifici de rebus humanis in locis sibi non
subiectis quicquam statuere. At Pius, uti potesta-
tem in terris gerens Christi Domini, cuius sunt cæ-
li terrarumque ambitus, vtrò citroque agi ea de re
amplius noluit; ratus ad minimè conuenire ei, qui
pro sua amplissima authoritate posset hæc, & alia in
hoc genere longè maiora, ad communem Christia-
næ Reipublicæ salutem efficere. Neque tamen passus
est, ut in eiusmodi opinione Cæsar diutius inhære-
ret. Nam per Cardinalem Commendonum Lega-
tum, quàm graui errore eum Consiliarij sui impli-
cuisent, ei coram referendum imperauit. Ac prin-
de rationibus, quibus Cæsar ipse de ea mente dedi-
ci maxime poterat, adiunxit etiam exempla, & Imperij
in Occidentem per Apostolicam Sedem transiit
& Septemuitum in Germania creatorum; & eius
quam ab ipsa Sacrosancta Sede iidem habent autho-
ritatis: & illa demum quæ passim Pontifices Summi
Regnorum iura commutauerunt, ac varios Principes
nouis & amplissimis titulis olim decorauerunt. Hæc
que Author vitæ S. Pontificis. Ex quibus satis reman-
et labefactata noua speculatio Caramuelis de tit. Re-
gio spirituali. Nam si talis esset, ad quid Maximilia-
nus tot suscitauit rumores, sed quid protestationem
Pontifici porrexit? quid ei noceret indulgentiæ, &
iubilæa Cosmo Mediceo concedenda? Nec Pius V.
Oratori Cæsaræo in sui fauorem adduceret exempli
Leonis III. de translatione Imperij à Græcis ad
Francos, & Germanos.

11. Deinde in illa concessione tituli Magni Ducis,
nullas agnosco Bullas, & rescripta indulgentiarum;
sed solum video sceptrum, & diademata. Quod etiam
manifestè apparet, quando Innocentius III. creauit
Principem Bulgarorum in Regem; & idem apponam
verba a amicissimi Patris Oderici in rom. 12. Anualium
Ecclesiasticorum, ubi ann. 1204. n. 34. ita asserit: Pro-
sequuntur gesta Innocentium, ut pijs Bulgarorum
principis votis morem gereret, Leonem Sanctæ Ro-
mæ Ecclesiæ Cardinalem misisse, qui ipsum, Ro-
mani Pontificis nomine, Regio diademate insigni-
ret. Cum autem Episcopus & Capellanus prædicti
ad Sedem Apostolicam peruenissent Dominus Papa
eos benègè suscepit; & super petitionibus sæpè di-
cti Ioannis per eundem Episcopum præsentatis, ha-
bito diligenti tractatu, constituit eum Regem Bla-
chorum, & Bulgarorum; mittens ad eum Leonem
tituli sanctæ Crucis Presbyterum Cardinalem, Apo-
stolicæ Sedis Legatum, & per ipsum, sceptrum Re-
gni, & Regium diadema; ut eundem vice Summi Pon-
tificis vngeret, & coronaret in Regem; transmisso
Apostolico priuilegio, cuius tenor talis est. Caloioan-
ni illustri Bulgarorum & Blachorum Regi, eiusque
Posteris, ei tam in Regno, quàm in deuotione Sedis
Apostolicæ Successoribus in perpetuum, &c. Sic
ibi.

12. Concludendum est igitur ex omnibus supradic-
tis, posse Pontifices condecorare Principes de Eccle-
sia benemeritos titulis Regiis non spiritualibus, sed
temporalibus. Et idem opinio Caramuelis est contra
communem sententiam Doctorum, & contra omnes
Pontifices

late per
tum de
ganer
Relat.
propo
a vert
& in Re
& Sed
propo
Vert. P
verò.

Sup. hoc
per in
hæc in
folia.

Pontifices & Reges, qui concesserunt, & acceperunt titulum Regium: nam isti non petierant à Pontifice titulum Regium spiritualem; sed temporalem; & ipsi hunc non illum concessere, ut patet, apud Scriptores, qui narrarunt exempla superius allata.

13. Et quidem, ut obseruat Schulcken, in *Apologia pro Bellarm. c. 6. fol. mihi 273.* multi, qui antea Duces, & Comites erant, fuerunt postea à Pontificibus Reges creati; ut Reges Poloniae, Bohemiae, Siciliae, & alij. Ergo titulus ille Regius, temporalis est non spiritualis; nam transire faciebat Comites & Duces in Reges.

14. Et quidem Veneti, teste Petro Iustiniano *lib. 7. de rebus Venetis*, cum à Tribunitia ad Ducalem dignitatem Rempublicam transferre voluerunt, certum est, quod non intenderunt petere, & accipere à Deodato Pontifice Anno 613. indulgentias, & iubilaeum, ut vult Caramuel, sed titulum Ducalem temporalem, quem à Pontifice obtinuerunt & possident. Et quando Innocentius IV. ut obseruat Matth. Paris *anno. 1248.* per Legatos suos missos in Noruegia pro auxilio habendo contra Fredericum: Hacconi eius Prouinciae Principi titulum misit Regium, dicendum est contulisse ei titulum Regium temporalem, & non spiritualem, nam alioquin opinor quod ab illo Principe nulla auxilia militaria pro indulgentiis obtinisset. Itaque, si obseruantia subsequuta declarat, quid in concessione veniat; & omnem tollit dubietatem, ut late ex alijs probat Surdus *conf. 349.* per totum, cum in Ecclesia semper fuerit vltus, ut Pontifices per indirectam, quam habent potestatem in temporalibus, titulum Regium temporalem Principibus bene meritis concedant: sequitur ciciendam prorsus esse Caramuelis sententiam, Et

licet alioquin ego veneret doctrinam & ingenium amicissimi viri, tamen magis de beo veritati, ac Summorum Pontificum authoritati.

15. Sed quia in hoc tractatu incidit sermo de titulo Regi Alphonso Portugalliae Duci concessio à Sede Apostolica, obiter non deseram adnotare, doctissimū & amicissimum Nicolaum Fernandes de Castro in *Portugal. conuencida c. 2. sect. 1. & segg.* probare, dictum Alphonsum Henriquez ab Alphonso Septimo Rege Leonis Castellae, ac Imperatoris totius Hispaniae, tanquam eius Vassallum, & Feudatarium Regium titulum prius impetrasse, ut testatur Rodericus Sancius *Hiss. p. 1. c. 14.* Genuit, inquit, ex ea filium, Alphonsum Henriquez nomine, quem Rex Castellae primo Ducem Portugalliae creauit; mox volente Rege titulum Regis assumpsit. Et Horatius Tursellinus in *Epitome Historiarum ab orbe condito lib. 8. in Conrado IV.* sic asserit. Alphonsus Dux Lusitaniae, Eboram Urbem Regiam, Vlyssiponem, aliaque Lusitaniae oppida de Sarracenis recepit: inde caelesti viso, oblataque Crucifixi specie erectus, & ab Exercitu Rex salutaris, cum Ismaele, aliisque Sarracenis Regibus acie conflictit, diuinaque ope hostem profligauit. Itaque victoris ingens, ab Alphonso Reges Castellae, cuius Beneficiarius erat, Rex Lusitaniae appellatur. Ita ille, qui late & solide ut semper solet, probat per recognitionem Alphonsi Henriquez erga Sedem Apostolicam, & huius patrocinium erga eundem Alphonsum, non ablatum fuisse directum dominium, neque ius vassalagij, quod Alphonsus Septimus Rex Leonis, & Castellae habebat in dictum Alphonsum & Lusitaniam. Potuit igitur Alphonsus titulum Regium obtinere, & à Rege Leonis & Castellae, & simul à Summo Pontifice.



TRACTATUS XIII.

DE

PRINCIPVM
CHRISTIANORVM
Fœderibus cum Turcis, vel Hæreticis.

RESOLVTIO PRIMA.

An supposita iustitia belli, licitum sit Principibus Christianis inire fœdus cum Infidelibus, vel Hæreticis, pro mutuo auxilio exhibendo? Et opinio affirmatiua proponitur. Ex part. 10. tr. 2. addit. Ref. 1.

1. PRIMA opinio affirmat. Ita Oldradus *conf. 71.* Decianus *vol. 3. conf. 20.* Panormitanus in *c. Quod super de voto.* Mathæus de Afflictis de *fœdus tit. de Pace iure firmandas, ver. Conuenticula, n. 32.* Corletus de *Potestate Regia, p. 4. q. 33.* & alij quos citat & sequitur Aponte *vol. 1. conf. 131.* n. 79. Valenzuela *tom. 1. conf. 99. n. 10.* Fabius de Anna *conf. 17. n. 17.* Farinacius *Prax. q. 125. n. 90.* Salzedus de *leg. Politic. lib. 3. cap. 3. num. 23.* Christianus Hiebenthal in *Collegio politico, Exercit. 14. q. 6.* Emanuel Themo *tom. 1. decis. 89. n. 20. & segg.*
Tom. I X.

2. Probatur Primò, hæc opinio; nam quod quilibet ad tutelam sui corporis facit, iuste fecisse existimatur, *leg. ut v'm. 3. ff. de Inst. & Iur.* Sed princeps ad sui tutelam Infidelium, & Hæreticorum opera vitur; ergo iuste ab illo fieri dicendum est. Secundò ita arguunt. Quouis modo virtute, dolo & insidijs inimicos repellere, ac propulsare possumus, *cap. Vilem 22. q. 2. & cap. Dominus 23. q. 2.* Ergo Infidelium, & Hæreticorum quoque opera uti concessum erit. Tertium argumentum est; fideles possunt in iusto bello Infidelibus suppetias ferre, *caus. 11. quast. 3. cap. Iulianus, quast. 4. & cap. Imperatores.* Igitur pari iure Infideles possunt à fidelibus in auxilium vocari; vbi bellum iustum extiterit: Hucque trahunt factum Pauli, qui à Tribuno milites petiit, quorum auxilio feruaretur illæsus, *Act. 23.* Quin ipsius Dei exemplum proponunt, qui in vlciscendis Iudæorum peccatis Gentium ministerio vsus est, *cap. de iur. iur. 8. Hinc notandum est. 23. quast. 5.* Quarto loco adducunt exemplum Sacrae Scripturae; Abrahami

R I 2 scilicet